

pellandi placitandi respondendi ad vocationem interdicta et placita tollendi, legem petendi et consequendi si opus fuerit, in anima mea jurandi, sententiam audiendi et prosequendi, vendendi et alienandi, intromittendi et interdicendi petendi et exigendi sive excuciendi omnia mea bona, et habere a cunctis personis ubicumque et apud quemcumque ea vel ex eis poterint invenire, cum cartâ et sine cartâ, in curiâ et extra curiâ, et omnes securitatis cartas et omnes alias cartas necessarias faciendi, sicut egomet presens vivens facere possem et deberem. Et ita hoc meum Testamentum firmum et stabile esse iudico in perpetuum. Si quis ipsum frangere vel violare presumpserit male-dicionem Omnipotentis Dei incurrat, et sub anathemate trecentorum decem et octo Patrum constrictus permaneat, et insuper componat ad suprascriptas meas fidecommissarias aureas libras quinque, et hec mei Testamenti Carta in suâ permaneat firmitate. Signum suprascripti Domini Marci Paulo qui hec rogavit fieri.

“Ego PETRUS GRIFO testis presbiter.

Ego NUFRIUS BARBERIUS testis.

‡ Ego JOHANNES JUSTINIANUS presbiter Sancti Proculi et notarius complevi et roboravi.”